

Hermannchronik

Ipso anno Aetio et Romanis contra Gothos intento, Geisericus rex Wandalorum, qui fidus et amicus rei publicę putabatur, dolo sub specie pacis XIII Kal. Novemb. Carthaginem cepit, cives et maxime nobiles trucidavit, opes omnes diripuit... (82.43–8)

CCCCLI. *Attila collectis viribus Aquilegiam vi magna diu obsessam cepit et circumquaque prediis et cędibus furibundus bachatur. Ad quem Valentinianus imperator Leonem papam mittens, pacem cum eo fecit, exercitusque eius, fame, peste, morbo, cędibusque insuper ab Aetio attritus, eum reverti fecit.* (83.25–7)

CCCCLXIII. *Rex Alanorum Beorgor Italiam petens, apud Pergamum a Ricimere patricio pugna victus interiit.* (83.61)

CCCCLXXV. *Odoacer rex Torcilingorum et Rugorum, cum multis barbarorum auxiliis pervasa Italia, Romam optinuit anno a conditione eius MCCXXX^o, Orestem et Paulum fratres patricos occidit, Augustulum imperatorem exilio damnavit, et pro eo regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura nec regni insignibus uteretur.* (84.20–2)

Kaiserchronik

Ginsericus dolo Carthaginem cepit.
(Göttweig, fol. 66^v; Sichard, S. 186^v)

Attila Aquilegiam vi magna cepit, cum quo Valentinianus pacem fecit.
(Göttweig, fol. 66^v; Sichard, S. 187^v)

Rex Alanorum Beorgor a Ricimere patritio victus interiit.
(Göttweig, fol. 67^r; Sichard, S. 187^v)

Odoacer rex Torcilingorum et Rugorum cum multis barbarorum auxiliis Italiam veniens, Orestem et Paulum fratres occidit, Augustulum exilio damnavit, et Romam obtinuit anno a conditione eius MCCXXIX^o.
(Göttweig, fol. 67^r; Sichard, S. 187^v)